



h 17.

~~330~~

330

I, i7.



VENUS

AUREA

(in forma Chrysocollæ fossilis)
cum fulmine cœlitùs delapsa
propè Haynam d. 28.

Mayj, 1677.

descripta per

CHRISTIANUM ADOLPHUM
BALDUINUM,

S. R. Imp. Academ. Naturæ-Cu-
rios. & Societ. Reg. Angliæ
Collegam, dict. Her-
metem.

—♦(*)****)♦—

HATNÆ,
Typis Kramerianis.

E



VIR O
*Magnifico, Nobilissimo at-
que Experientissimo
Domino*

MARTINO BERNHARDI
de BERNITZ,
*Medicinae Doctori celeber-
rimo, S. Reg. Majest. Polon.
Personae Medico & Secr.
meritissimo etc.*

Domino & Amico meo
honoratisimo,
S.




• •

VIR CELEBERRIME,

Hæret Cœlestis *Venus*
illa, Planeta beneficus,
Soli comes assidua.


Phosphorū mane, ve-
speri Hesperuginem vocant.
Adiaphanum illi corpus atq;
opacum. Unde lucis propriæ
expers, nisi Solis beneficio u-
teretur. Cæterum Lunæ æ-
mula, nova subinde lucis in-
crementa patitur eadem.

Hujus ad exemplum, jam
biennium est, cùm terre-
strem *Venerem* (hoc est, *Pho-*
sphorum Hermeticum) arte
Chymicâ inventam concin-
natamq; Orbi literato visen-
dam




(o)

dam exhibui publicè. nec, uti opinor, sine applausu. Nam non illa Verum Cœlo solum, sed Austriacum etiam in terris **SOLEM**, **IMPERATOREM** **AUGUSTISSIMUM ROM.** nostrum attraxit magneticâ vi, splendoremq; ab utroq; sibi Polo acquisitum novum, exteris adeò qvoq; Regnis, **ANGLIÆ** puta, **POLONIÆ**, **FRANCIAEg;**, communicavit. Equidem non nunc vacat, peculiarem de singulis instituere sermonem. Morari, **Magnifice VIR,** unâ in **POLONIA** aliquantulum sedet, Patriâ tuâ Tuique admiratrice: Nondum elapsus annus integer est, ex quo **PHOSPHORI** mei literis tuis ferebantur radij in **POLONIAM**



usqve, atq; in ipsa adeo *Sacra Regiae Majest.* Adyta penetrâsse. Misí *solarem* póst pauló *Aqvilam*; ut *Paciferam* cederes, *Palmam Laurumq;* ungibus præferentem. Ornatbat Diadema Regium caput, qvod Iris discolor ambiebat.

Sed quid ego ista in præsens? qvæ silentio premere forsan sati⁹ fuerat, nè modestiæ limites transgrederer? Non possum nunc tamen, qvin hoc unicum addam, scilicet, qvam ibi fortunam experta Lucifer⁹ Aqvila sit: Nam, simul contigit Sacrum illum Venerabilemque *REGIS* Optimi vultum subire, *Insigne idem Polonici Regni* non exceptum tantum, sed & pes
cu=



culiarem gratiam meruit, I-
maginem scilicet Auream, Tor-
que suo pendentem. qvæ in
manus meas ut perveniret
certius, Tibi tradita est, qvam
ad me perferendam curares.
Ita *Magnes* meus *Luminaris*,
attractâ Munificentia Regia,
aurei Solis & ipse factus Pho-
sphorus est. Liberalitatem i-
stam agnosco venerorqve pu-
blicè nunc gratâ eademqve
humillimâ mente. Istam præ-
dico. Ac, ut *Aqvile* huic
Paciferæ, qvam jam sæpius no-
mino, *Polonicæ* adscripsoram:

Hic, ex fine novo, Sol Pacis
prænitet Auris,
per purum Anagramma,
JOHANNES Tertius, Rex Polo-
nia Pacificus :

A 4

Sic




Sic idem *Pacificus Rex* non
inferior, rogo, *SALOMONE*
sapientiâ, vivat!

At enim *Veneri ut Lucifere*
nostræ tanta hoc ipsô acces-
sisse videri felicitas qveat,
qvanta, cùm summa est, esse
solet; nulla tamen censenda
est alia, qvam terrestris ac In-
ventum meré humanum.

Sed jam ecce novam *Tibi*,
eamq; *Cœlestem*, ab ipsomet
omnipotenti Chymico, DEO,
in ingenti suo Laboratorio
præparatam! Nimirum su-
spensam ab Jove *Venerem* aë-
re finxit antiquitas. Nostra,
qvam dixi, non à fabuloſo il-
lo Jove, ſed ab JOVA vero, con-
ſtituta in aëre, demissa cum
fulmine in terras descendit.

Cre-



Credebatur gentium illa be-
nignissima juxta ac pulcher-
rima Dearum. Qvalem nos
nostram putabim⁹? qvæ pro-
fectò illi, tantùm abest, ut
qvicqvam concedat, uti for-
mam et svavitatem, ipsum de-
niqve habitum etiam, qvâ &
viridi & cæruleo incedit, præ-
ripiat planē.

Eam, *Nobilissime VIR*, simul
ut descendit, delatam ad me
URANIAM lætabundus excepit
velut hospitiō, secretoq; ali-
qvamdiu habui. Nunc, qvō
fatō nescio, ad TE visa con-
tendere est, celebratissimum
Naturarum, Artium Scientia-
rumq; abditarum qvarumvis
Assertorem verum, ac Vindi-
cem. Non illa autem tetri-

ca

(o)


ca importunavè venit visuq;
difficilis. nec, nisi jussa, loqve-
tur pro me, sibi muta ac si-
lens. Interim, ubi vacuas au-
res offendenterit, cùm, amotò
velò, Solarem ostendet faci-
em suam, tùm erectum in
hoc Tractatulo, sive Aphrodi-
sum, sive Statuam sibi: ultro-
qve admitti in Sacrarium Tu-
um petet, aut nusquam, aut
hic contra impudentium Pro-
cerum qvosvis impetus tuta
latensqve. Dab. Haynæ è Mu-
seo, die Veneris, 28. Septemb.
A. O. R. M. DC. LXXVII.

Magnifici T. Nominis

Cultor devinctissimus

Balduinus.

Ca-



CAPUT I.

*De Veneris Aureæ ejus-
demq; Mineræ delapsu,
qvâg occasione sit
inventa.*



Atet Natura O-
mnib⁹ : et Cœ-
lum suprá un-
diq; patet. Pau-
cis tamen aut
scrutari illam,
aut acutis hoc oculis intueri
volupe est. utut non pauca
qvotidiè in apricum profe-
rat DEUS, aut aperiat Dies.


Distat ab Urbe Hayna tri-
bus

uq;
ve-
si-
au-
otò
ci-
in
di-
ro-
Tu-
aut
ro-
uta
Mu-
nb.

nis
nus
Ca-



bus quasi passuum millibus
Ermendorffium, pagus, Præfe-
 cturæ *Electoralis*, mihi com-
 missæ, immediate subjectus.
 Ferebatur hinc nuper, nimi-
 rum XXIX. Maji die, incli-
 nante in vesperam, cœloq; vè
 internitente crebris ignibus,
 effudisse tempestas, lapidum
 vim. Color viridis, mistus
 cœruleo. Deferebat ad me,
 pòst non multò, fragmentum
 nucis castaneæ magnitudine
Johannes Schmid, Reinersdor-
 fensium Judex, idq; se acce-
 pisse inventum à Filia nunci-
 abat, qvæ ibi haberet. Non
 accredidi primò. Sed, ut na-
 tura hominum veri avara est,
 cum *Dn. Johanne Engelhardo*,
 Amico meo, qvô jam multos
 an-



annos conjunctissimè utor,
Ermendorffum, me ipse met
contuli, cognitus veranè
essent relata? Ac primum
quidem, quibus in judi-
cio locus, illos examinavi.
Post deinde, super hac re, in-
colas aliquot jussi, quæ habe-
rent, afferre. Nec cunctatus
diu, *Martinus Langius*, talem
se affirmabat, Lapidem, nucis
juglandis magnitudine, in su-
periore parte pagi reperisse:
quod, praesentibus vicinis, in
pariete literas coeruleas exa-
ravit. Alium, Ovum ferè gal-
linaceum æqvanteum, in me-
dio pago, *Regina Lebmannia*,
Thomæ filia: Frustulum au-
tem *Elisabetha, Andreæ Klugij*
filia, extra pagi septa, in prato
Ge-

Georgij Burkarti sustulere.
Cujus ad extremum Uxor,
Anna nomine, particulam di-
midium ovum gallinaceum
æquantem, in vico (*Mohn-*
gasse) inventam, in duas par-
tes diffregerat. qvarum alte-
ram Patri suo, *Jobanni Schmi-*
dio, eidem, quem suprà retu-
li, dedit habendam. Atqve i-
stud ipsum fragmentum illi-
us ego postmodùm muneri
debeo, qvod jam pariter me-
moravi. His ita cognitis, in
eundem me ipse met vicum,
ubi frustum illud, (qvo de-
ultimo loco mentionem fe-
ci) jacuerat, conferens, non
ad dextram tantùm cujusdam
tugurij, viridis nec non mas-
sæ cœruleæ, maximò impetu
cùm

cùm in maceriem illius domunculæ, tùm verò in inclinatum ad parietem ingentem lapidem vibratae desuper, cum stupore notas quatuor comprehendit: sed & circa ipsum, quem dixi, lapidem minutus materiæ totiens jam laudatae particulas aliquas, manus isthac, quâ hæc scribo, sublatas, domum contuli; cùm ut exactius de his judicare, quæqvè comperisset, rerum talium Studiosis, posteà impertiri liceret. Nam & spargere in vulgus decet, quicquid se suâ novitate commendat. neq; ego opinor, in præsens peccabo, si, ejusdem observans, cum *Ovidio* dulci animos novitate movebo.

CA-

CAPUT II.

*De Mineræ bujus fulmine-
æ Forma & Ma-
teria.*

Est divinæ Fulmen justi-
tiæ telum terrificum,
mentesq; indomitas a-
deò, & vel DEUM i-
psum negantes stupescere i-
dem vimq; agnoscere Numi-
nis faciat. Delabuntur cum
hoc Lapidès sæpè, fulminei
dicti, Ceraunei item, voce è
Græco deflexâ. Germanis
Doñersteine/Donnerfeile. De
qvorum generibus, differen-
tijs item ac figuris adiri po-
test Anshelm. Böet. de Boot. l.
2- c. 24. *de Gemmis & Lapid.*
Qvem inter rariora asservo,
for-

formam cunei præfert; Est
is autem colore nigro, semi-
foramen pollicis habens ni-
tensq; obscurè.

Sed nec pari omnes ma-
gnitudine veniunt. Testatur,
in Vita M. Aurelij Imp. lib. 1. c.
25. Modognotus, Valentianò
imperante, Constantinopoli la-
pideum velut imbre rem tantò
impetu decidisse, ut jumenta
ferè campestria omnia extin-
gverentur, ciyesq; non pauci
interirent. Vide sis Majolum
Colloq. I. & Mich. Majer in Se-
ptim. Phil. p. m. 50. Anno à na-
to Christo, supra millesimum
qvinquagesimum, octuagesi-
mo primo, interdiu hor. 1.
pomer. Lapis pondo 39 præ-
cipitatus in Thuringia est, ob-
lon-

ne-
sti-
m,
a-
d i-
c i-
ni-
um
nei
e è
nis
De
en-
po-
. l.
id.
vo,
or=

longus, durus, attritu lapidis
flammam emittens, in cœru-
leo purpureus, fervens adeò,
ut attrectari non posset. Qva-
lem ferrugineò colore, mul-
tos abhinc annos, nostra in
Saxonia ex äere in terras dela-
psum prisci illi homines vi-
dere. Qvi hodieq; inter ad-
miranda Principis *Electoris*
Dresdæ ostenditur Lapis.

Qvicquid hujus sit, non au-
sim ego, neqve possem qvi-
dem Mineram hanc fulmine-
am istis conferre; seu for-
mam velis, seu fermentum
specificum. Refert enim fos-
silis Chrysocollæ colorem,
qvæ Germanis *Berggrün* no-
minatur: et sic viridis est,
uti ad cœruleum inclinet,
sci-

scilicet non multùm similis
viridi Azuro: cuius apud Pe-
trum Mariam Caneparium, de
Atramentis Opere (*Descript.* 5.
cap. 18. *pag.* m. 340.) descri-
ptio extat. Gustus ipsi, qva-
lis Vitriolo. Ponderosa ad-
hæc (instar æris factitij viri-
dis) & friabilis denique est.
Cæterum scintillulis qvibus-
dam granulisqvè metallicis,
coloris aurei, ijsqvè minu-
tissimis disticta. Hinc, si
experimentum ejus in coti-
cula facias, Aurum cre-
das, qvalis non pessimi esse
Coronati soleat. utut fixum
non sit, qvâ nativum uti-
que gaudet prærogativâ;
sed hac qvidem in parte
Aurichalco, seu (ut alii),

Ori-

Orichalco communi, i.e. Coronario, sive tincto per Academiam Cupro accedat poti⁹.

Dixi autem Metallum hoc Aureum, quod de Cupro participet, *Venerem.* Nam est Cuprum Chymicis Venus. Cupro autem vocabulum dedit sine dubio Cyprus (Maris Insula mediterranei, & ærosa antiquis, Veneriq;, gentili vanitate, sacra dedicataq;ve). Eqvidem tulisse & *Indianam,* Coronarium æs, vix ab Auro, si polires, distingvendum, Veteres ajunt: referente *Fr. Bacon.* *de Verulam.* in *Sylv. Sylvar.* *Centur. 9.* *Exper. 849.* nativumq; olim, ære, nobilius multò Orichalcum fuisse, testis *Plinius est,* lib. 34. cap. 2. sed

sed non pauci sunt Physico-
rum, qvi in rerum natura an
unqvam extiterit nativum
ac fossile metallum hujusmo-
di, vocent in dubium. Qvi-
bus, apud Interpretem *Apollo-*
nij, haud sanè obscurè, polli-
cem *Aristoteles* premit, idem
cum ipsis inficiatus. Qvemad-
modum itaq; apud *Plautum*,
(l.3.) putattium *Orichalcum*
Auro opponitur, tanqvam
preciosius; nempe cùm nuf-
qvam esset, tamen qvasi esset,
aurò excellentius habebant:
sic cùm nostra è contrario
Venus Aurea non sit planè
non-ens, sed verum, idq; ra-
rissimum metallum, haud sa-
nè dignitate abjicienda ea in-
fra *Aurum commune nobis*
ef-

esse videbitur; utpote qvām longissimē antecedere existimamus.

Evidem proditum, cūm ab aliis, tūm *Avicenna* potissimum, memoriae est: cedisse in *Perse* ferrum & propè *Lurgeam*, massam qvinquaginta librarum, nec non in *Lucania*, refer. *Ammiano libro 17.* In *Sylvis Neubolem* ferream massam recreimento similem ex äere decidisse, adeò, ut nec deporari propter gravitatem, nec curru devehi in via potuerit.

Agricol. Observ. Metall. cap. 8.
Alibi æs seu Cuprum; qvod etiam Anno 1618. hujus seculi in *Bohemia* cœlitūs fuisse delapsum, referente *Ex-*
cel-

cellent. Doct. Jobann. Marco
Marci à Kronland, in Phi-
losoph. vet. restit. part. 2. Sect.
5. Subs. 1. pag. m. 149. Imò
in *Pelagia* Insula aurô plu-
isse; Præcell. D. Jonston. in
Tbaumatogr. ex Ammiano au-
tore. Cœterum qvicqvam
tale circa Aurum non fixum
(*Venerem nostram*), in Germa-
nia atqve Misnia contigisse,
omnes hactenus Historici ta-
cent. Unde nec immeritò
peculiare ac novum aliquid
censendum, dignumqvè, cui
perscrutando omne studium
tempusq; conteramus. Nam
qvò rarius qvid, hòc admi-
rabilius idem etiam solet
haberi.

CA.

CAPUT III.

*De dictæ Mineræ cum
Chrysocolla fossili Com-
paratione.*

Dicitur Chrysocolla Græcō nomine, quasi Auri gluten, quod, ad aurum glutinandum, ejus sit usus. Estq; vel nativa, vel factitia. Borrax hæc propriè (quam omnino hinc exulare jubemus): Illa autem Viride terræ, Montanum viride Germ. Berggrün/Steingrün/ quodque lapidibus etiam, fissili imprimis, comprehenditur adhærere, Schiefergrün vocatur. Gignit nativam hanc Chrysocollam in cavernis fibrisque Natura, ac ares

arenæ qvandoq; similis repe-
 ritur, qvandoq; materia me-
 tallica ei adhæret. Nascitur
 autem plerunqve in ærarijs
 metallis, nam ex ære tantùm
 fit. Qvocircà si in argentariis
 oritur aurarijsve, venas ho-
 rum certum est, esse cum ære
 permistas. *Consule Agricol, de*
nat. fossil. lib. 3. c. 19. & ex eo-
 dem *Gorræum Def. med. f. 514.*
 Recenset *Rulandus*, pag. 148,
 Chrysocollæ species sex. In
 qvibus *Armeniaca* olim pri-
 mas, secundas *Macedonica*,
 tertias *Cypria* occupavit, Ef-
 foditur hodiè in *Hungaria*,
Bohemia, *Silesia* atqve alibi :
 adde *Museum Wormianum l. 1.*
sect 3. c. 10. Imò in *Misnia* no-
 stra etiam. Testis ipsem

B sum,

sum, qvi in Fodina, qvam vo-
 cant (auf den z. Linden bey dem
 Wiesenbade)/ejus generis Mi-
 neram, propriò ipsis voca-
 bulò **Kupffergrün** appella-
 tam, reperi & adhuc dum in-
 ter Mineralia mea custodio.
 In *Hungaria* ad oppidum *Bri-*
sticiam, ubi sunt divites fodi-
 næ æris, cuniculus quidam
 reddit aquam viridem, ex cu-
 jus sedimento **Chrysocolla**
 colligitur : ref. *Exc. Casp. Bar-*
tholin. de Aquis. lib. 1. cap. 9.
 Atq; hæc ipsa forsitan est aqua,
 credita transmutare in Cu-
 prum ferrum. Opinionem
 hanc possit juvare eqvina So-
 lea, maximè splendens, ex
 ferro cuprea ; qvō donō No-
 biliss. *Dn. D. Christoph. Mez -*

ge=

gerus, Medicus Reip. Ratispon.
 celeberrimus, Thecam meam
 curiosam jam olim reddidit
 auctiorem. Etiamsi hic vera
 ac essentialis Martis in Vene-
 rem metamorphosis nulla,
 (uti vulgo quidem putatur),
 sed æratorum tantum in Vi-
 triolo aut Chrysocolla la-
 tentium corpusculorum ad
 ferrum confluxus, quod na-
 turaliter appetant, (cum præ-
 laudato Dno Donatore) sta-
 tuendus. Vid. incompar. P.
Athanas. Kircher. Mund. Sub-
terr. lib. IX. cap. I. sect. I. &
Ephemer. Medico-Phys. Germ.
Anni VI. & VII. Obs. 120. Quo-
 modo vero Chrysocolla fos-
 silis differat non loco tan-
 tum natali, sed & colore,

consistentiâ nativâ, etc. docuit dudum Magnif. Doct. Johann. Laurent. Bausch. Acad. Nat. Cur. præses p. m. Schebiasm. Posth. de Cœruleo & Chrysoc. c. 12. seqq.

Cum hac Chrysocolla, nativa videlicet, æquari conferriq; ex facili *Minera nostra fulminea* queat. Namq; (1.) ut intensior hujus color superetq; haud parum, eruuntur nihilominus & hic locorum, quam proximè ad cœruleum accendentia, quædam genera Chrysocollæ. Quà friabilitatem (2.) nihil quicquam fossili cedat. Jam quid (3.) prohibet, quò minùs, mista Oleo, aquæ item confectæ è glutine, usui esse Pictoribus pos;

posit? cùm æqvè patiatur se
teri. (4.) Qvod suprà retuli,
Chrysocollæ qvandoq; mate-
riam adhærere metallicam,
& in nostra hæc pariter de-
prehenditur. nisi qvòd gra-
nula aureo tingantur colore.
(5.) Virtutes Chrysocollæ ya-
riæ sunt: (qvæ integrum nō
bis inter alia caput ordine
sextum constituent infrā.)
Qvas qvis nostræ autem Mi-
neræ demet? **Q**uantum e-
nim cœlum & terra inter se
differunt puritate: tantum
necessæ est, Chrysocolla ista
superiora, cœlo delapsa, infer-
nam anteeat, generatam in
terra. Liqvet, opinor, admi-
rabile Cornu Copiæ haud in-
juriâ äerem & dici & credi,

cum sit Mineræ hujus seu Matrix, seu Mater.

CAPUT IV.

De Comparatione Aureæ Veneris cum factitio Aurichalco.

Quanquam, in universa, si excutias, rerum natura, Aurichalcum nativum reperiri, supera sumus diffessi, (2. c.) non vicissim tamen negamus, arte confici idem, nec infrequenti nobis esse in usu. Est factitium hoc Aurichalcum Cuprum sive æs flavum, lapidosa Cadmiâ tinctum, Auri Rhenani colorem referens. *V. Agric. l. 9. c. 1. Aurum Plinius Coronarium vocat. quod eō*

cō usi, ad coronas Histriones.
 German. Mōsch oder Mēsing.
 Cadmia verò, qvam æs
 imbabit , est recrementum
 metallicum fossile , subfla-
 vum , non admodūm durum,
 Germ. Galmeij : secundum
Mattbiolum in Commentarijs
Dioscorid. Lapis Calamīnaris,
 Calamina qvoqve ; &, secun-
 dum Cardanum. *de Subtil.rer.*
lib. 6. de metall. l. Ottone ap-
 pellatur. vid. plura apud *Ga-*
briel. Follop. Tract. de fossil. c.
I2. & Vanantium Biringutium
lib. 2. Pirotechnie cap. 9. Cæ-
 terūm hic non intelligo Cad-
 miā metallicā , (Cobal-
 tum) : Sed nativam illam,
 expertem metalli. qvæ in
 multis Germaniæ locis, A-

quis grani imprimis, foditur.
Quanquam neq; Cadmia nobis factitia desit, corpus densum, puta, ex fuligine æris, dum in fornace conficitur, concretum, adhærens lateribus camerisq;ve fornacum, vel in partem infimam delabens. Cuius est species *Tutia* (favilla arabicè), *Pomphylix*, *Spodium* ve, qvæ raro in officinis nostratibus extant; Unde eorum loco uti *Cadmiâ*, solent.

Huic se Aurichalco sive Cupro, Cadmiâ tincto, multis *Venus aurea* partibus nostra conformat, contenta in Chrysocolla fulminea. Primum enim, Aurichalcum revocatum ad Lapidem Heracli-

clium, Rhenano auro respon-
 det. Unde in opinionem
 venit nonnullis, derivari à
 Chalcos , (qvod Græcis est
 æs), Auroq,: scilicet qvòd
 & auri splendorem , & duri-
 tiem æris habeat. Refert &
Venus aurea nostra splendo-
 rem auri Coronarij, imo Co-
 ronati & duritiem pariter.
 (qva de re suprà actum c. 2.)
 At enim , qvòd experimen-
 tum auri non sustinet , penè
 immaturum dixerim, ut So-
 phisticum illud , ex ære vi-
 rid. destill. Tutia , Tartaro &
 Borrace venet. solitum præ-
 parari ; qvanq; religioni
 non immeritò ducam , mo-
 dumq; & pondus exprimere
 hīc : cùm in Jure nostro Al-

chi-

chymisticum Aurum, ex ære conflatum, prohibeatur;
per l. Sacrilegij pænam. §. fin. ff.
ad l. Jul. pecul. Ex Dialogo 6.
Necyomantia Forcat.

Aurichalcum *deinde factitium*, seu Sophisticum mavis Aurum, nihil prohibet, quod minus cum vero auro argentovè liqefacias conflesq; in unum: solutum interim forti Aqvâ colorēm aureum rursum deperdit, quod, quae isti inest, acrimonia Cadmiam Tutiamvè (unde nimirum fuit Tinctura), præcipitat dissipatq;. Eadem Veneris nostræ conditio est. Nam, si solvas Nitri Spiritu, eaq; cultrū inficias, non aureum illi, sed verò colorem induet cupreum.

De

*Deniq; fugitivum (ut sic lo-
qui amemus) atq; inconstans
aurum in se, attractū ex *Cad-
mia* in cemento , Aurichalcū
continet. neq; enim minera-
lium ullum naturā suā atq;
essentiā magis aureum, Cad-
miā, est ; maturariq; si qveat,
plurimum sanè auri ex eo no-
bis polliceatm. Inest & *Vene-
ri* nostræ immaturū Aurum,
sed ex alio principio, Sulphu-
re universalissimo , ortum.
Qvo de *VI. Cap.* erit locus di-
cendi. Sic inperscrutabilis
Natura est, & singulis qvidem
horis discimus aliquid.*

CAPUT V.

*An Aureæ Veneris Minera
sit Meteorum?*

Con-

Constat illud, vel Emphatica esse, vel Hypostatica Meteora: atq; rursum hæc vel ignita, vel aquæa, vel spirituosa, i. e. æeria. licet Meteororum quatuor Classes constituant *Nollius, Phys. Hermet.* l. 7. igneorum, æeriorum, aquorum, terreorum. Quæritur de materia, quæ sit? Equidem, si cum *Aristotele* simus facturi, à cuius pleriq; Physicorum partibus stant, dicendum utiq; fuerit: ex halibus, astrorum virtute, ex aqua & terra elevatis, generari. *Vide Francisc. Restam à Talliocotio. in Meteorolog.* l. 7. Tr. 2. *Adelbert. Tylkowsky. S. I. in Meteorolog. Curios. p. 1. cap. 10.*

Li-

Em-
 Hy-
 rat
 el i-
 tuo-
 ro-
 nsti-
 l. 7.
 que-
 itur
 qvi-
 nus
 mysi-
 zen-
 diti-
 exa-
 ari.
 llio-
 r. 2.
 . in
 10.
 Li-

Libert. Fromont. in Meteorologia. Barth. Keckerm. in System. Phys. lib. 6. Sennert. in Epit. Phys. lib. 4. Petr. Job. Fabr. in Panchym. Vol. 1. lib. 3. c. 7. Alios. Cæterum convitijs sibilisq; hanc sententiam consecatur Dn. Robert. Fludd. alias de Fluctib⁹, in integro Mborum Mysterio Medicin. Cathol. Tom. I. s. Tract. 2. part. 1. lib. 2. c. 1. multisq; imprimis rationibus conatur ostendere, Sapientiam æternam omnia meteora depromere ex generali äeris fonte, qvi sit Arca DEI thesauraria & Spiritus catholicus, macrocosmicus, invisi- lis, more Mercurij cœlestis, mu- tabilis & de natura in natu- ram versatilis. Inclinat & huc non

non obscurè Excel. D. Johann
Marcus Marci à Kronland, in
Philos. Veter. restit. Part. II.
Sect. V. subsect. 1. p. m. 148.

Nimirum ea, quæ à terra sub-
limantur, materiam ignitis
Meteoris non posse præstare, sed
eadem ipso in æere contineri, ut
sint veluti plantæ æriæ ex invi-
sibili principio in eam speciem
nascentes. It. Sect. 7. p. m. 168.

An, quia cum fulmine Lapis
decidit, idem ex vaporibus sa-
xeis concrevit? Verum hujus
generationis principium in Ar-
cheo aëris continetur. Quod
enim superius, inquit Hermes,
est idem cum eo, quod inferi-
us est, etc.

Non ullius Ego juravi in
verba. quod neque par est,
nec,

nec, vi Lemmatis nostri Angli-
cani, facere teneor. Qvod
si verò, qvos nominavi mo-
dò, Autores *Principia* sive
universalia generalissimaqvè
(Materiam ac Formam), seu
secundaria ac materiata (IV.
Elementa) non respuant, sed,
per Spiritum universalem
seu *Principium invisibile*, E-
lementorum omnium Cœ-
liqve seu Lucis Solaris reli-
qvorumqvè astrorum tenuis-
simam partem innuant, qvâ,
qvæ vult, in superioribus istis
agit DEUS ac operatur; ha-
ctenus horū Ego opinioni af-
fentiorq; atq; lubens subscri-
bo. Sed (qvod pace tantorum
Virorū scriptum velim), non
satis mihi dictum videtur:

Me-

Meteora ex Spiritu universali
depromi. Sciendum enim,
Summum Numen invisibi-
lem Spiritum hunc Catho-
licum induisse in corpus ali-
quod, *quod Principium proxi-
mum* est & tria complectitur,
qvibus qvidem, sed absqve
differentia manifesta, distin-
gvitur: Mercurium nempe,
Sulphur, & Sal. Non hinc ta-
men *Principijs specialissimis ac-
tivis*, Spermäpöeticis, ex-
clusis. Est enim Materia
Mundi Spiritus Salino-Sul-
phureo-Mercurialis generica
qvidem atq; universalis, cœ-
terùm ab seminibus matrici-
busqve redacta in speciem,
modò in minerale, jam in ve-
getabile, rursum in animale
mu-

mutatur. Nam aliâs ex qvo-libet fieret qvodlibet, neq; inter principia & principiata daretur distinctio.

Qvemadmodû itaq;, corporificatum Mundi Spiritum h. e. Sal mundi indolis nitro-sæ, copiosissimum nostro in Nitro existere: cuius volatilis subtilisq; atq; activa magis solo ab äere proveniat pars; qvod sit reliquum autem Nitri, è terra prosapiam ducat: ut istud, inquam, pluribus alibi (*cap. 3. de Auro Auræ*) rationibus sum persecutus; Sic materia universalis hæc Nitro-salina non generalis tantum Meteororum omnium, sed & specialiter, materialis ignitorum, ac præcipue u-ren-

fali
im,
ibi-
ho-
ali-
oxi-
ur,
que
in-
pe,
ta-
s a-
ex-
eria
Sul-
rica
cœ-
ici-
em,
ve-
nale
nu-

rentis, dissipantisq; atq; tere-
 brantis fulminis , Adjuncto-
 rumq; illius , tonitru , puta,
 & fulguris,fulminarisq; Cau-
 sa lapidis est. qvanqvam sic
 qvidem volitantes in äere va-
 pores sulphureos, qvibus Ni-
 trum incenditur , nulli imus
 exclusum ; qvicqvid *Exc.Dn.D*
Job. Mayovius in Tract. Phys.
cap. 13. de Fulmine contrà af-
 ferat. Nam non, nisi disposi-
 tione ac copiâ Nitri atq; Sul-
 phuris fulmen differt à ful-
 gure. Qvò enim copiosius il-
 lud subtiliusq;, hòc vehemen-
 tior existit percussio : ob Sul-
 phuris verò abundantiam,
 major ignis conspicitur. Hinc
 ubi cum tonitru decidunt
 fulmina , teterimus odor
 Sulphuris äerem totum infe-
 stat.

stat. Qvod in pulvere pyrio,
 artificiali illo tonitru atq; ful-
 gure, deprehendere licet. qvi,
 æneo in tormento accensus,
 odore, luce , sonitu, impetu
 fulmini perqvam similis est.
 Qvō ipsō, ad sui destructionē
 humanum ingenium terribi-
 liq, addo & violentius, inve-
 nire potuit nihil. utpote cuj9
 vi dom9 in äerem mittuntur,
 concutiuntur castella , mon-
 tesq; & qvæ non alia? remo-
 ventur. Etsi autem , præsup-
 positis istis, materialis & pro-
 xima fulminis causa Sal mun-
 di Nitro - Sulphureus : ge-
 nerando tamen lapidi ful-
 minari neqvicqvam suffici-
 ens mihi esse videtur , qvod
 & metallariâ & lapideâ si-
 mul materiâ constet. Sine
 du-

dubio enim Spiritus illi generati vi specifici , tam minerales, qvam lapidifici, ex terra aquaq;, beneficiis Solis attracti, rarefiunt, subtilioresq; redditi , Sali postmodum Universali Nitro-Sulphureo subministrant alimentum, qvò, in ipso fulminis ictu , fulminare telum coagulatur exhibeturque.

Sed qvod ad Ceraunias (*Wettersteine*) lapides candidos illos ac pellucentes, quorum apud Dn. Boetium de Boet , *German. Histor. l. 2. c. 262.* extat mentio , ex fulminea, quam dixi, massa, specialissimi Spiritus lapidifici operâ utiq; generantur. Qvod quam verè statuam , Experimentum do-

docebit: Recipio Nitri pu-
rissimi partes tres: Arenæ al-
bæ partes duas: Forti his i-
gne in Crucibulo liqvefactis,
cum aqua communi posteà
extraho Sal, idq; äeri com-
mitto; Qvo facto, intra ali-
quot dies, ex aquoso isthoc
Extracto, benè durum idq;
pellucidum vitrum habebis.
Unde Vitrificatio seu lapidifi-
catio ista oritur? Absq; du-
bio à succo lapidescente, seu
Gorgoneo, eoq; puro vel im-
puro converti in lapidem ne-
queat. Ut cum *Exc. Dn. Georg.*
Hieron. Velschio in Hecatostea I.
c. 39. Obs. Phys. Med. statuam
rectè: *Illum, qui chryſtallum*
in ſuccum vel fluorem reſolve-
re, & gemmarum liquores ſpe-
ci-

cificos sive seminales ex metallis in proprio suo subjecto, ut semina, latentes agnoscere & elicere nōrit, eum igni ad Naturalis pyrophylacij ideam composite, facili arte, veras gemmas (non vitreas, quas nihil facimus) producere posse. De Concretione Crystalli nativi vide *Dissert. Prodr. de Solido intra Solidum*, Celeb. Nicolai Stenonis p. m. 37. & seqq.

Quæ cum itaq; Veneris Aureæ nostræ Mincra dubitari non possit, qvīn fulminei modò lapidis, ex materia disposita universali, præsente fermento Venereò, generata in aëre fuerit, qvōd cum fulmine indè atqve tonitru decidit: Adjunctum seu specimen

em Meteori igniti realis & mixti illam meritō existimo habeoq; vē. Verūm hac de re, seqventi capite, fusiūs. Qvanq; vam forsan Opificis summi silentiō majestatem admirari præstaret, qvām asserere audacter, qvō pertinere ingenio atq; acumine neq; veas. Nihilominūs, cūm sit naturale corpus Minera hæc, nec delata cœlō incassum: cur non & liceat causas ipsius naturales scrutari inquirereq;; dum intra modestiæ septa atq; ve cancellos te contineas. Quod si qvidem certi cognitio desperanda, at seqvendum omnino statendumq; fuerit id, quod Vero proximum videatur.

CA-

talli-
ut se-
s eli-
latu-
mpo-
nmas
faci-
Con-
vi vi-
do in-
i Ste-
is Au-
bitari
ninei
ia di-
sente
erata
a ful-
u de-
peci-
em

CAPUT VI.

*De Mineræ hujus Genera-
tione, modo & tem-
pore.*

Non præter rem, capi-
te præcedenti, Spir-
tum illum universa-
lem Salino - Sulphu-
reo-Mercurialem, unā Sub-
stantiam triplici virtute dis-
tinctam nuncupandam cen-
suimus. Est enim humidum
illud viscosum unctuosumq;
in intimo Elementorum cen-
tro latens; cuius continuò
exspirans vapor, adhæc intra
intimas telluris fibras mon-
tiumq; abditos ductus diffu-
sus, tandem, ubi cunque mate-
riam aptam proportionatam
que

què repererit, pro ratione
puritatis impuritatisve, nunc
lapidem gignit, nunc gem-
mam producit, nunc mine-
rale aut metallicum corpus
procreat. Vide diffusiùs hæc
differentem R. P. Athan. Kir-
cher. Mund. Subterr. l. 10 sect.

i. c. 3. Qvantum itaq; ad me-
talla : una omnium eademq;
materia est, forma una essen-
tialis ; sed accidentalis speci-
es , accidentalis diversitas.
h. e. licet plumbi, stanni, cu-
pri, ferri, argenti , & sic por-
rò , formæ nobis speciales
specificæq; appareant , acci-
dentibus tamen tantùm , ex
varietate scilicet coctionis
& puritatis materiæ metalli-
cæ resultantibus , differunt.

C

Qvan-

era-
-
capi-
Spiri-
ersa-
phu-
Sub-
e di-
cen-
dum
umq;
cen-
inuò
intra
mon-
diffu-
nate-
atam-
que

Qvaniqvam *Guarinus Guarini*,
Cler. Reg. in Placitis Philosoph.
 hic quidem defendere sata-
 git Paradoxon: *Formam sub-*
stantialem materialem non ni-
si puram esse potentiam, neg-
subsistere eam per se metipsam.
 Num autem Metallorum se-
 ptem generationi septem Pla-
 netæ quicquam conferant,
 influentes in ea, Physicis in-
 ter ipsos atq; Chymicis pu-
 gna est. Nam, (ut de Vene-
 re tantum, sermonem insti-
 tuamus), secundum D. Thom.
Aquin. tract. 6. de eff. Mineral.
c. 2. Nob. D. Petr. Johann. Fabr.
in Panchym. Vol. 2. l. 4. c. 22.
 & Dno. Ludov. de Comitibus
in Elucidar. Metal. l. 3. cap. 6.
 & præsidet Planeta Venus do-
 mi-

minaturq; productioni Cu-
pri vulgaris. Econtrario au-
tem Planetistas (ut loqvamur
ita), ille rejicit, qvi cuilibet
metallo Planetam autorem
& formantem causam assi-
gnant, prorsusq; à *Physica*
subterranea sua (pag. m. 280.)

Excellent. J. J. Becher. relegat.

*Qvæ utut sint, non negari
tamen à qvoqvam posse puta-
mus: Cœlum & astra, tan-
qvam principium universale
ac remotum ad metalloqum
cœterorumq; mineralium
concurrere geneses, in qvan-
tum Virtutum cœlestium im-
pressionumq; astralium qvæ-
dam velut vehicula sunt.*

*Etsi itaq; *Venus aurea no-
stra* ex eodem in aëre orta*

principio sit, è qvo in Metal-
lifodinis Cuprum produci-
tur, (qua de re nullum nobis
dubium fit): aliam tamen e-
jus (i.) genesin arbitramur
fuisse. Nam non differt qvi-
dem essentialiter ejus mate-
ria à materiâ Veneris com-
munis genericâ, qvam Spiri-
tum universalem Salino-Sul-
phureo-Mercurialem agno-
scimus: cæterùm existimo e-
go, materiam *Aureæ nostra Vene-*
ris, hærentem in aëre, ex æ-
rarijs Spiritus istos Veneris at-
traxisse, qvâ confermentata
in naturam metallicâ confor-
maretur. Qvandoqvidē è fo-
dinis exhalationes minerales
constat oriri, Metallicolis die
Bitterung dictas; qvæ cùm
su-

superficiem terræ attingunt,
 haud raro ita fortes sunt, uti,
 fulgurum instar, arbores,
 herbasq; & glebas, imò ipsos
 lapides comburant. Hinc
Fribergæ, celebri *Misniae* no-
 stræ civitate, in Metallico-
 rum pulmonibus ea ipsa in-
 venta sœpè metalla fuere, in
 qvibus effodiendis labora-
 verant vivi. Causam non a-
 liam, qvam metallicos spiri-
 tus, assignamus. Sic ex aëre
 qvid Mercurio simile posse
 secerni, fidem faciunt, qvæ
 tradit *Dion.* Et de cœlo la-
 psum nonnunquam Argen-
 tum vivum, *Gvil. Arrogosius*
 diligentissimè observavit:
 referente *Jac. Zwing. Medic.*
Basil. in Exam. Princip. Chym.
Pag. m. 35.

Quid

Quid? quod cum nebula descendisse currentem Mercurium, circa medium Maji, 1672. notavi ipse met *in Epilogo nostro ad Aurum Auræ, in Ephe- mer. Ann. V.* Imò affirmare hoc amplius ausim, in aëre subtilissimum perpetuo Saliū Ens mercurificans latitare.

Qvòd si tales itaq; ex æra- riis, (qvarum non paucæ apud nos), metallicæ atomi exhalantes, vel Venerei Spi- ritus, attracti ab Sole, in sub- lime feruntur, cumq; fulmi- nea universali materia con- junguntur, ecquis Venerei Mineralis seu metalli, (qua- lem qvidem nostram *Uraniam venditamus*), productio- nē inde impossibilem statuat?

(2.) Ge-

(2.) Generationis locum
 (salvis aliorum judicijs) *Veneri* *Aureæ* superiorem aëris
 regionem, tredecim millia-
 rium Germanicorum à terra
 spatiū, assigno. Probabile
 enim est, censente *Clarisf.*
Fromondo lib. i. Meteor. cap. 2.
artic. I. Meteora, pro mate-
 ria Vaporem terrestrem ha-
 bentia, plerunq; non altius à
 terra, qvam 52. milliarib⁹ Ita-
 licis, s. 13. german. elevari. E-
 volve, qvæso, *R.P. Casp. Schot-*
ti Physicam Curios. lib. ii. c. 5.
 Objicis mihi inconvenienti-
 am loci & matricis in cœlo
 defectum, qvi qvidem datur
 in terra. Respondeo : Neces-
 se qvidem esse, principia mi-
 neralia, in sua matrice, nempe

semine proprio & receptaculo misceri: sed ubi ea convenient, qvovè loco ambientur, parùm referre. Experi-entiam enim testari, extra mineras, sed habitis reqvisitis, metalla misceri atq; produci. *Vid. Observat: meam circa Regerminationem Argenti in Ephem. nostris Anni V.*

(3.) *Venerem nostram, arbitror, in instanti coagulatam, cum fulmine in superiore aëris regione, statimq; indè terris immissam. Gravis enim Minera hæc. vixq; ac ne vix quidem est, ut diu hærere in aëre queat, cùm, qvô retineri possit, non detur. Aīs: suspendi à Sole vi magnetica. Sed impossibile hoc, post-*

postquam concreverit. noctu enim, cùm non amplius illuminatur à Sole, minera talis metallica, propter insitam gravitatem, ruat in terram.

Regeris : Suspendi à DEO.
Audio. Sed non præstat Is sine causis secundis effectus naturales. Atqve hinc nondum hujus meæ sententiæ pœnitet: Initio quidem massæ mineralis, istius particulas, in superiore aëris regione, distractas hærere sustentari que liberè: deinde autem tempestate ipsâ cogi in unum, per fulmen coagulari, coagulatasqve è vestigio in subjectas terras præcipitari deorsum. Instas porrò: Mixta

ta actione physicâ generari,
qvæ tantum abest, in instanti
ut fiat, uti potius absolvatur
in tempore. Respondeo :
Distingvendū esse inter mate-
riam mineralium influentem
& inter influxam , de qva ul-
tima jam loquimur. vid. *Ex-
cellent. Doct. Becker. in Phys.
cur. l.I. secl. 4. c. 6.* qvi ex pro-
fesso hoc egit.

In magnis voluisse sat est.
Nec ut colligat atq; intelligat
omnia, qvisqvam ita ingeniō
atq; industriā valet.

CAPUT VII.

De Causis Colorum Aureæ Veneris.

Non esse colores , visi-
bilibus in rebus, de se
non lucidis , perma-
nens

nens aliquid, etiam qvando non illustrantur: sed sub peculiari aliqua ratione, ipsum per visum sensibile; non hic quidem anxie inquirendū videtur, multò minús ostendendum cum curā. cùm non diu sit, qvōd, de *Lumine & Coloribus*, integrum *P. Franc. Maria Grimeldus, S. I.* Volumen conscripsit; sublatō eō è vivis demùm publici juris factum, *Bononiae 1665*. In qvo ille (part. 1. prop. 45.) materiam hanc separatim pluribus tractat.

Defixos tantūm in *Venere Aurea* oculos nostros tenebimus nos, qvatenuis eadem corpus opacū & permanenter coloratū in se, dum illustratur, recipiens lumen. Notatur autē

Ve-

rari,
anti
atur
eo:
nate-
tem
a ul-
Ex-
Phys.
pro-
cou
est,
ligat
eniō
sqd
Aga
urea
on
visi-
de se
rma-
nens

Veneris hujus Minera dupli-
 Colore: nam & respectu for-
 mæ Chrysocollæ, ex cœruleo
 viridis: insiti autem Metal-
 li intuitu, planè aurea est.
 (sed de his jam egimus suprà, c.
 2. 3. 4.) Qvod ad priorem:
 interventu utiq; ille luminis
 oritur à Cupro, qvod potissi-
 mūm in ea dicimus, conti-
 neri. Hinc si Chrysocollam
 aëream nostram Vini Spiritu
 (instillatis tantum Nitri Spiri-
 tūs guttis aliquot), solvo, eð-
 qve, qvod est solutum, char-
 tam aliquam infectam ac-
 cendo, habebis, qvæ mirè o-
 culos tuos pulchritudine ob-
 lectabit, flamمام viridem,
 ubi atomos cupreas in flam-
 mam larvari nullum dubium
 est.

est. Quantum autem ad alterum, Aureum scil. *Veneris* nostræ colorem: non possum, qvin illum ipsum, à fonte, almo Sole videlicet, cum Excellent. Dn. Doct. Christiano Menzelio, Ser. Elect. Brand. Consil. atq; Archiatro, Collega & Amico nostro colendissimo (in de Lapide Bonon. collato cum Phosphoro meo Hermetico cap. 4.) autumem quidem proficisci. Sed, uti Solis Nitrum filius est, sic prægnantibus sanè causis adducor, ut Colorem illum Aureum nostræ *Veneris*, credam omnino, qvo ad proximam causam materialem, non aliunde esse, nisi ab Anima Nitri, (seu Materiæ fulminis); qvæ reverâ uni-

universalissimū Sulphur tingens, undē, quantumcunq; specificorum in hoc universo Sulphurum est, ea non immēritō creduntur oriri. *Evidem contra D. Willisum, Excellent. Dn. D. Job. Mayovius, Med. Oxon. Nitro negat Sulphur inesse. (Tract. i. de Sal-Nitro, c. 4. Sic enim ille, cap. 3. p. m. 26.) Si Nitrum, ait, in Crucibulum ignitum immittatur, idem mox quidem liquabitur, sed non flammarum concipiet. Sed quid si exemplo Viri illius summi ostendam contrarium? Immitte Nitrum in Crucibulum ignitū, testaceōq; operculo, (sic, ut exiguum me-*

gio

dio foramen relinqvas) ob-
struens, fortissimum ignem
suppone, qvi plurimum sanè
hac in parte præstabit: et
fortissimam pariter, in eo-
dem, qvo dixi, Crucibulo,
flammam per foramen illius
assiduè emicantem videbis,
lucidiorem multò atq; adeò
etiam candidiorem, qvām i-
gnis ille esse potest, qvi à
prunis subjectis excitatur.

Ubi autem ignis & flam-
ma, ibi Sulphur. nam est
subjectivè in Sulphure flam-
ma, ab igne formaliter, sed
á motu atq; inflammatione
efficienter.

Sed demus hoc, (ais): nondū
evinci hinc tamen Tincturā

fol. b

ex

ex eo posse haberi colorem aureum referentem? Ego vero, quidni? Et duobus Experimentis, notissimô alterô, alterô recentissimô, evictum hoc dabo. Qvod ad (1.) attinet: In confessô, opinor, apud Spagyricos est, nec qvisquam eorum hactenius ignoravit, *Hermetis Inferius*, h.e. Nitrum commune, Veneri s. Cupro combustibile Sulphur suum adimere per Chymicum fulmen, pulchriusq; addo & purius corpus inde posse producere. Cur, qvæso, *Superiori Hermetis*, h.e. Nitro aërio purissimo in fulmine, per inflammationem, *Veneris Aureæ* massam purificare, aureumq; ipsius colorem inten-

tendere maximè impossibile
statuatur? Quod ad (2) : Pau-
cis, quod sciam, Inventum hoc
cognitum notitiæ jam publi-
cæ edo, unde, Nitrum in se,
liqvet, rubram esse Tinctu-
ram : Recipe Vitri Veneti,
redacti in pulverem, partes
4. Nitri comm. pur. partem
unam. His mixtis, ad semi-
horam, in Crucibulo, fac,
paulatim ut candefiant, ad
extremum etiam liqvescant
paulùm. Pignus dabo, ni Sul-
phur, seu Anima illa Nitri
Vitrum per omnia Venetum
purpureo planè colore tinxe-
rit. Utut Tincturam hanc,
extra dubium sit, supremo i-
gnis gradui sustinendo non
esse, quod hactenus nondum
satis ea figi potuerit. Per-

Pergis : Non negare te, Nitrum hoc posse. Sed qvæ Nitro ejusve Sulphuri tanta cum Metallis Analogia? Ingens verò. imò & Sympathia. Nam non omnibus tantùm metallis Nitrosus inest Spiritus, qvi si e. g. Solis, Lunæ, Veneris, Martis etc. limaturas accensæ inspergas cereæ, incendatur: Sed & tenue idq; corporale Nitrum ardens in non-nullis datur Metallis, Saturno cum primis. cuius utpote granula, vel communi admota Sulphuri incenso, tanto cum impetu fulminabunt, quanto Nitrum commune, Sulphuri unitum. Et qvam Materiam luteam illam seu flavam, in Phosphoro meo Solis

lis radios attrahentem, cos-
demq; spargentem in tene-
bris, dicemus, nisi Sulphur
Nitri, coactumvè in cen-
trum Cœlestem Ignem, vel
absq; attractione prævia, per
attritum solum lenem, evo-
mentem scintillas? Qvin i-
mò, si cui Sulphur hoc, Ani-
mam Mundi, Naturæ Sangvi-
nem, seu Tincturam Nitri se-
cretissimam, cum aureo ar-
genteove fermento imbuere,
artisq; felicitate figere lice-
ret, illum, multis ijsq; non le-
vibus motus causis, pro indu-
bitato haberem, summum ac
inæstimabile Arcanum istud,
tot jam seculis indagatum af-
similatumq; fulguri, possessu-
rum. *Vid. Phosphor. meum Her-*
metæ

Ni-
Ni-
cum
gens
Nam
etal-
, qvi
eris,
cen-
nda-
rpo-
non-
tur-
oote
ad-
tan-
unt,
ine,
vam
seu
So-
lis

*meti §. 14. Sed hīc acriori ju-
diciō ingeniōq; opus Chymi-
micō fuerit ; Et tantō paucos
dignantur munere Divi.*

CAPUT VIII.

De Chymicis circa Veneris Aureæ Mineram Ex- perimentis.

Finxere , post Aristotelis
Signum velatam facie
Fœminam , eiq; Physe-
os seu Naturæ dedere
vocabulum Veteres . nimi-
rum summo isti Viro illius
fuisse faciem tectam , nec ni-
si Vestem externam ab eo-
dem visam quodammodo
innuentes . Idem ferè cum
Venere Aurea nostra , Naturæ
filia , mihi sentio contigisse .

Eqvi-

Eqvidem (ut ex jam dictis patuit), multi hactenus in considerando illius habitu fuimus, non vili nec contemnendo; Vultus autem corporisq; adeò Venustatem non licuit contemplari.

Qvod jam, age, tentabimus, si, remotō velō, vestibusq; detractis, nudam sistere dabitur forsan: hoc est, ipsam Mineræ Aureæ Analysisin, his, qvæ seqvuntur, Experiments, qvà qvidem eam licuit penetrare, exhibituri sumus in præsens.

(1.) *Eam candelæ ardenti immittens, colorem ipsius cœruleum deprehendi.*

(2.) *Ad Lydium Lapidem re-*

i ju-
mi-
ucos

eris

telis
acie
yse-
êre
mi-
lius
ni-
co-
dò
um
iræ
sse.
vi-

revocata hæc Minera, deli-
tescentis in Venere Auri
Coronati coloris non exi-
guam mibi spem fecit. (quo
de cap. 2. actum).

(3.) Minerâ hâc in cruci-
bulo candefactâ, pars plu-
rima ejus abiit in fumū nec
nisi cinis canus remansit.

(4.) Redactæ in pulverem,
Mineræ istius partem u-
nam, cum tribus Nitri par-
tibus candenti Crucibulo
injeci. Qvo facto, non in-
censa hæc quidē, at fuma-
vit tamen materia, igneū
planè nacta saporem.

(5.) Cui

(5.) Cui quoqz fortiorem
cùm ignem subjecisset, Ni-
trum evasit in cœruleum
fixum, seu Sal Alcali, dif-
fluensqz ad aerem in viride
oleum, canam in fundo
terram reliquit.

(6.) Eandem in Spiritu Vi-
ni (instillatis priùs de Ni-
tri Spiritu guttis aliquot),
solvens Mineram, imbui
(quod jam ipsum suprà re-
ferebam cap. præced.) eâ
chartam aliquam. quæ in-
censa postea elegantem e-
amqz viridem flammam
evomuit.

(7,) Sol-

deli-
Auri
exi-
quo
uci-
plu-
nec
sit.
rem,
n u-
par-
bulo
n in-
ma-
gneū

) Cui



- (7.) Solvens ipsam acetō
communi, solutio summè
cærulea prodijt.
- (8.) Tincturæ bujus Cœ-
ruleæ gutta Cultro instilla-
ta, colorem ipsi, qualis cu-
pri esse solet, superinduxit.
- (9.) Huic & ipsi Soluto
cæruleo partem ferri po-
liti cum indidisset, præci-
pitata contenta in Minera
VENUS seu Cuprum è ve-
stigio est.
- (10.) Totiens jam dictam
Solutionem cæruleam, in
calore, ad dimidiam quasi
partem ejus abire in fu-
mum

num sum passus, habuiq,
quô literas, maximè viri-
des in cœruleum inclinan-
tes exarare potuerim.

(II.) Partem unam Mine-
ræ hujus, contusæ in pulve-
rem, unâ cum Borrac. Ve-
net. parte in Crucibulo con-
flans, viride inde ac lute-
um obtinui vitrum.

(12.) Minerâ bâc solutâ in
Nitri Spiritu, pugna utrin-
que seu fermentatio pri-
mùm, post deindè autem
et coorta solutio est, qua-
lis maximè esse cœrulea
solet.

D

Mi-

cetô
nmè

Cæ-
illa-
cu-
exit.
luto
po-
æci-
nera
ve-

tam
, in
vasi
fu-
num

(13.) Minerâ hâc ex Retortula sine additamento aliquo destillatâ, Sal albus juxta ac flavus astrin-gens sublimatus est, sub-sidit q̄ in fundo terra sub-nigra, Vitrioli referens sa-porem.

(14.) Salem bunc sublimatum in aqua destill. sol-vens terram albam, (hâbi-tā mibi pro Mercurio), in-veni, quam ille reliquerat.

(15.) Grana aliquot Mi-neræ bujus crudæ Vitro Ve-neto commissa, contusa q̄ probè invicem contrita q̄,

urgeri fortigne sum pas-
sus. E quâ massâ fluor
(Fluß) extitit, similis gem-
mæ, quam Aquam-Ma-
rinam dicere consueve-
runt.

(16.) Parimodô, Sapphiri
instar, babebis fluorem,
si plura adbuc Mineræ bu-
jus Vitro Veneto admiscue-
ris grana, eōq, quô dixi
modô, tractâris.

(17.) Potuissim & hoc am-
plius experiri: an (de qua
n. 9.) præcipitata cum Bore-
race Venus seu Cuprum pos-
set reduci, salvô aureo ejus
Colore. Item (18.) Num-

Re-
ento
l al-
rin-
sub-
sub-
ssâ-
ima-
sol-
àbi-
, in-
erat.
Mi-
Ve-
usaq,
taq,
ur-

(18.) *Num redacta Venus
illa, conflata Argento, so-
lutaq; in Nitri Spiritu,
Calcem ex se Auri gigne-
ret: cùm & in communi
Cupro semper aliquid Auri.*

Verùm, qvòd Experimentis
istis, qvicq; vid *Veneris* hujus
Aureæ Mineræ habebam, ferè
impendisse, & verò nonni-
hil superesse cuperem curio-
sæ, qvâ utor, Cistæ, desinere
utiq; hâc vice atq; hâc pedem
figere sum coactus. Sed, ut
prolixior fuisset, qyid homi-
nis etiam industrij maximè
& laboriosi ad Naturæ lati-
fundium labor?

CA-

CAPUT IX.

*De Virib⁹ itemq; usu Chrysocolla& Veneris
Aureæ.*

Notabilis de subterranea s. fossili Chrysocolla Magnif. *D.Bauschij p. m. animadversio est. (Sched. postb. suprà-laudato, de Cæruleo & Chrys.)* qvam, non præter remfuerit, hîc repetere. Nam & calefacere, ait, resiccareq; atq; astringere maligna ulcera, adhæc purgare, dolores mitigare, alvum solvere & qvæ seqvuntur. Sed non est, in ovo Chrysocolla nostra aëria illi cedat magnoperè. immò, si verum volumus fateri,

D₃ multò

nus
so-
itu,
rnes
uni-
luri.
entis
ujus
ferè
nni-
rio-
nere
dem
, ut
omi-
rimè
lati-

ONT
CA-



multò hæc, illâ, purior est.
Qvis jam vires ejus credat in-
 feriores? Et quid multis?
 Paucas dabimus.

Fertur communis Vene-
 ris Sal corroborare ventricu-
 lum, cruditatesq;ve inibi e-
 mendare, frigidum uterus
 calefacere, deniq;ve renum
 morbis succurrere: docente
 in Pharm. Med. Chym. l. 3. c. 12.
D. Joh. Schröderò. Numquid
 autem *Aureæ nostræ Veneris*
 volatile Sal, (cujus mentio
 præced. facta cap. est) non
 comparare illi audebimus?
 Imò verò præferendum lon-
 gè existimamus. Et foret im-
 primis, cùm eademi q;uantita-
 te Nitri purissimi conjun-
 ctum, simplicissimum contra-

Dy-

Dysuria, ardoresq; urinæ,
adeoq; inflammationes re-
num solatium.

Est Cœrulei & Chrysocollæ species *Molochites*, reputata maximas habere vires & facultates: Gestantem nempe defendere, ne tonitru vel fulmine lædatur: *Anshelm. de Boot, in Histor. Gemm. & Lap. l. 2. c. 113.* Qvōd si reverrà sic se ista haberent: major utiq; Chrysocollæ nostræ vis ac efficacia fuerit, qvōd cum fulmine generata.

*Sæ Teste Agricolâ, de Nat. Fos-
sil. lib. 3. c. 19.* fossilis qvâlibet Chrysocollâ, præsertim Hungaricâ, utuntur Pictores.

Posset & nostra istis artificibus usui esse, qvōd illam

superet colore; dummodo
quantum satis, quotannis cœ-
lô delaberetur.

Nativâ ex Chrysocollâ o-
ptimum, *Goldbergæ Silesiorum*,
Aurum conflari, autor est
Encel. de Re Metallica l. 2. c. 21.
& lib. 1. c. 4. Eqvidem tentare
id mihi cum *Nostra* non licu-
it, ob defectum illius. neq;
enim satis ejus habebam.
Cœterūm cùm tinctum ei
Cuprum inesse deprehenda-
tur, non fugitivum tantum,
sed & corporale fixum maxi-
mè Aurum reperiri in ea, du-
bito nullus. qvanquam im-
pensos in eam rem sum-
ptus, metus sit qvidem
etiam, ut refundat; nisi in-
gens illius ac luculenta adsit

co-

copia. Nam & communi in
Cupro Auri semper aliqvid.

Prodidit *Aristoteles*: gigni
in *Cypro*, æris seu Cupri, non
absimilis Auro, qvoddam ge-
nus, qvod in frusta minutissima
concisum, agricolæ se-
rant, mox, ad pluviam, exori-
ri, & coalescere: ad ju-
stam autem maturita-
tem colligi idem atqve re-
condi. Vid. *Alex. ab Alex.*
Gen. Dier. lib. 4. cap. 9. pag.
m. 199. Eqvidem nostræ il-
lius *Aureæ Veneris* duæ tan-
tum Drachmæ mihi super-
funt, qvas in memoriam rei
servare constitui. Sed si, in
morem æris Cyprij, eas posse
scirem multiplicari, vel cras-
fationi illarum accingerer.

Se

modō
s cœ-
â o-
rum,
r est
c. 21.
ntare
licu,
neq;
bam.
n ei
nda-
cūm,
maxi-
, du-
imi-
ūm-
dem
i in-
adsit
co-



Secundum enim *Blancani* di-
gressionem, sœpenumero re-
volutio facta, intra X. anno-
rum curriculum, ingentem
haud dubiè usumfructum
pareret. Sed, qvod in pro-
clivi est animadvertere cui-
vis, jocor hîc tantùm. Nun-
qam poterimus ita Naturæ
subtilia artificia pervestiga-
re, ut non multa supersint.

CAPUT X.

*An Aureæ Veneris delapsus
miraculum sit, & an a-
liqvid porten-
dat?*

Satis superq; inter Hi-
storicos constat: Vari-
as unà cum fulmine ac
plu-

pluvia cœlō res decidisse. Re-
 censentur sangvinei imbres
 frequentissimi à *Lycosthene*,
 è *Livio*, *Obsequente*, *Dione*,
 multis aliis. Imprimis de
 pluvia sangvinis in *Borusia*
 adeundus *Tbuanus lib. 27.* i-
 temq; illâ in *Æmatbÿs cam-*
 pis, ante prælium à *Scander-*
begio prosperè factum, *Scodr.*
de Rebus gest. *Scanderb.* De
 Lactis pluvia, *Camerar. Cent.*
V. cap. 97. De Cineris pluvia,
Leonis tempore, *Niceph. lib. 15.*
c. 20. De Arenæ pluvia, *Acta*
Phil. Illustr. nostræ Soc. Reg.
Angl. Relat. VI. Mens. Jan.
1666. De Cretæ pluvia, *Jul.*
Obseqv. in Libr. de prodig. c. 45.
Si & seqq. De pluvia Piscium
 & Ranarum, qvæ *Dardaniam*
 &

& pæoniam vexarunt, ut o-
 lim Ægyptum, Athen. l. 8. c. 2.
 & Scalig. Exerc. 191. De pluvia
 Annonæ, Thuan. l. 5. De plu-
 via Tritici in Anglia & Ger-
 mania, Excellent. D. Georg.
 Hieron. Velschij Hecatost. 1. Ob-
 serv. 32. Phys. Med. Qvarum
 prodigiosarum exempla plu-
 ra collegit Nob. D. Jonston.
 Admir. Met. cap. 8. pag.
 127. Clariſſ. Fromond. l. 5.
 Meteor. cap. 6. Johann.
 Garceus. Meterol. cap. 25.
 p. m. 99. & Henric. Korn-
 mann. in Templo naturæ,
 part. 2. Coroll. 10.

De his & similibus aliis di-
 screpantes Eruditorum sen-
 ten-

tentiæ sunt. *D. Corn. Gemma de Natur. Divin. Character.* lib. 1. cap. 6. inter alia sic scribit: *Cum pluvij Vellera, ranas, Vermiculos, ligna frumentacea varij generis, item lac & sanguinem & id genus alia, terrarum permista effluviis, sursum ferri iterumque deorsum præcipitari, non semper mirum aut insolens esse debet; hæc enim causas habent legitimas à cœlestibus Syzygijs.* Nam haberi pro miraculis à literatis, qvæ per aërem non nunquam delabantur in ter-

ra-

ras autumat Jul. Cæs. Baricel-
 lus, in *Thesaur. Secret.* cap. 28.
 Nec abhorrent ab hac mente
 celeberrimi Viri, Dn. Job. Jac.
 Chifletiq, Archiater Reg. & Dn.
 Job. Marc. Marci à Kronland.
 in *Phil. vet. rest.* p. 2. f. 7. qvo=rum uterque qvoad pluviam
 illam sangvineam, qvæ an-
 no 1646. die 6. Octobris ir-
 rigavit *Bruxellas*, in causis uni-
 cè naturalibus acqvievit. Di-
 stat ab his nimium quantum
Excellent. Dn. Doct. Dan. Sen=ner.
 t. p. mem. l. 4. Epit. cap. 6.
 & adscribit pluvias plerasq;
 prodigiosas superioribꝫ cau-
 sis, DEO scil. de futuris ma-
 lis homines commonefaci-
 enti, & Diabolo, ejusmodi
 prodigijs homines in errores

&

& superstitiones ducenti. Vid.
 & D. Mich. Major, in Septim.
 Phil. p. m. 50.

Contrà autem Nobil. D.
 Petr. Joh. Faber, in Secret.
 Chymic. l. i. c. 8. animalia, mi-
 neralia, etc. in cœlo per ex-
 traordinariam, statuit, cau-
 sam produci. cùm semina
 illarum rerum potuerint
 transferri Ventorum aliquo
 turbine violento usq; in cœ-
 lum etc.

Aliam adhuc viam insis-
 tunt P. Nic. Labeo l. 5. Mete-
 or. l. II. text. 47. & P. Gasp.
 Schott. in Phys. curios. l. XI. c. ult.
 Plurimi tales pluvias malunt
 hyperphysicas fateri, qvām le-
 viculis ratiunculis demon-
 strandas assumere. nā præstat
 in-

inquit Clariss. Spirling. in Inst.
Phys. l. 5. c. 8. digitum DEI
agnoscere, quām causas levi-
ores producere.

Mihi mediā potius hīc in-
cedere viā, eōq; me brevibus
expedire est visum: In Me-
teoris omnibus suam esse
classem, numero propè inex-
plicabilem , prodigiorum,
qvæ aliás tamen nituntur
Physicis causis, aliás solo pen-
dent à DEO. Haud raro &
mistam indolem sortiuntur,
vel ex naturali facie in Meta-
physicam transferuntur. *non*

Jam ad *Venerem* nostranī
ut revertamur: c. 5. & 6. e-
am ostendimus , tanquam
speciem Meteori , ad exem-
plum fulminei Lapidis , non
ex-

exclusis causis naturalibus,
 generatam ; cùm in aëris re-
 gione sæpè materia sit suffici-
 ens, ex qva talia possint mix-
 ta consurgere. Qvō stante,
 non *Venerem* quidem *Auream*
 nostram, de qva omnis nobis
 hactenus sermo , propriè sic
 dictum miraculum vendito :
 sed, qvòd non qvatannis Me-
 tallum hujusmodi atq; Mi-
 nera deferantur ad nos cœli-
 tūs, (non deficientibus licet
 ej9 in aëre materialib9 & for-
 malibus causis), nec se oculis
 nostris in cassum hæc stiterit,
 quantū nos quidem arguim9;
 non negabo juxtā esse *Porten-*
tum, sed non contra Natu-
 ram. Nam non fit contra
 Naturam Portentum , sed
 cona

contrà , qvàm est nota na-
tura : *Augustini verbis*, è l. 21.
de Civ. DEI, c. 8.

Sed num venerit boni
nuncia , an secus , non no-
strum est judicare. et nôrit,
qvi descendere eam fecit.
Attamen , si de ea quid sen-
tiam , efferre Politicè liceat,
judicium meum hoc esto :
Fecisse Antiquos *Venerem*
Martiamicam : Qvò intelli-
gi voluerunt, posse belli im-
petus omnes matrimonio &
solâ *Venere* cohiberi , ut qvæ
Pacis Signum sit. Age , satis
hucusq; turbarum *Mars* Ro-
mano in Imperio dedit. for-
tassis , atq; utinam propedi-
em faxit D E U S ! almæ se
mox *Veneri* Idem conjunget,
pul-

pulcherrimam ex ea Filiam,
HARMONIAM, procreas-
 turus. qvam **PACEM** dico.
 Auream **PACEM**! maximé
 cùm Imaginem *Veneris* Au-
 ream , prænunciam velut i-
 psius. cumq; fulmine Aureo
 Symbolon, pluvius nobis im-
 miserit Jupiter.

Tempora mutantur. nam fer-
 rea cuprea fiunt ;
 Aurea qvando feres *Cry-
 seocolla-Venus* !



IN-



INDEX CAPITUM.

CAPUT I.

*De Veneris Aure& ejusdemque Miner& delapsu,
quâg occasione sit inventa. Pag. 1.*

CAPUT II.

De Miner& hujus fulmine& Forma & materia.

Pag. 6.

CAPUT III.

De dict& Miner& cum chrysocolla fossili Comparatione. Pag. 14.

CAPUT IV.

*De Comparatione Au-
re&*

*reæ Veneris cum factitio
Aurichalco.* Pag. 20.

CAPUT V.

*An aureæ Veneris Mineræ
sit Meteorum?* Pag. 25.

CAPUT VI.

*De Mineræ hujus Gene-
ratione, modo & tempore.
Pag. 38.*

CAPUT VII.


*De Causis colorum aureæ
Veneris* Pag. 48.

CAPUT VIII.

*De chymicis circa Vene-
ris aureæ Mineram Expe-
rimentis.* Pag. 58.

CAPUT IX.

*De Viribus itemque U-
su*



M.

ius-
su,
en-

mi-
ria.

um
pa-

Au-
ree



(84)

su Chrysocollæ Veneris Au-
reæ Pag. 67.

C A P U T X.

An Aureæ Veneris Dela-
pſus miraculum ſit & an a-
liquid portendat? Pag. 72.

Qværes multum & non in-
venies;

Fortaffe inuenies cùm non
quæres.

F I N I S.

Aus

ela=

n as

72.


e in-

non

ULB-Z105

ULB Halle
004 971 264

3



WVPA

336.10






V

(infor
cum
p.

CHRIST

S. R. Im
rios.



KODAK Color Control Patches

LICENSED PRODUCT
Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

